



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

De Ordinibus Militaribus Equitum, qui militant sub Regula S. P. N. Benedicti. cap. LXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

De Ordinibus Militaribus Equitum, qui militantes sub Reg. S.P.N. Benedicti, tanquam  
*Stella manentes in Ordine, & cursu suo aduersus Syssaram pugnauerunt: Iudicum. cap. 5.*

Cap. LXXII.



**E**XPLICATIS manus dextræ Stellatis Ordinum Spiritualium fundatoribus, qui in claustris materialibus, legendo, psallendo, Hymnis & Canticis spiritualibus Domino laudes decantando, Orationibus, & alijs spiritualibus armis, contra spiritualia nequitia uiriliter dimicare didicerunt: superest ut & læuæ manus Militarium Ordinum Stellatos fundatores exponamus, qui, alijs ad montem, qui Christus est, ascendentibus, ut Moyfi, & legislatori nostro Benedicto, sacras manus, & brachia ad cælum tendenti, & sacrificium uespertinum in eleuatione manuum suatum Domino offerenti, tanquam fideles Aaron, & Hur, auxiliõ sint, & manus lassitudine graues, sacrificij lapidis illius Angularis suppositione, leuantes & ipsi puras manus in Oratione, sustentent, murum se pro populo Dei, contra uisibiles Ecclesie hostes, audacter opposuerunt, illum acriter defenderunt, eiusq; inimicos in ore gladij fortiter fugauerunt, & toti Christianitati utilitatem incredibilem, Religioni Monastica immortalẽ gloriam, sibiipsis perpetuam famam, & honorem pepererunt: & ut strenui cooperatores spiritualis fabricæ, alijs una manu, dextra scilicet, infatigabiliter laborantibus, & opus Domini facientibus, ipsi

*Altera tenebant gladium. 2. Esdr. 4.*

Quos inter, qui primus in cucullo Monastico, aurea redimitus corona, læua, de manu Sanctissimi P. N. Benedicti, gladium sumere conspicitur, duos Reges, duorum diuersorum Ordinum, Militum uidelicet de Auis, & Calatrauæ fundatores representat: qui idcirco sub uno capite comprehenduntur, quod succedentibus temporibus in unum Calatrauæ Ordinem coaluerint. Et Auisios quidem Milites Frater Franciscus de Rades Regis Capellanus, Ordinis Calatrauæ miles, in libro suo Ordinũ Militarium. cap. 16. cum Calatrauensibus confundit, & è contra: Volaterranus nerò lib. 21. cū Alcantaren- sibus, at diuersos esse egregiè docet Gonsaluus Argotes de Molina, lib. 1. c. 32. de Nobilitate Hispaniæ. Horũ igitur institutio sic se habet.

De